

1327

C O D I C E S

1328

cii, *Tannerique Catalogis* nil certi de eo statui possit.

V. fol. 179. p. 2. absque titulo Ejusdem, ut e mox citatis *Catalogis* video, *Epistola* responsoria ad V. *Quaestiones*, quae incipit: *Quidam fidelis in domino querit caritatiue ut estimo quintuplicem questionem &c.* Quaestiones hae versantur circa Amorem Dei, et habentur etiam anglice: *Five Questions about loving God.* Finis: *in hoc statu miserie disfrumpamus.*

VI. fol. 180. p. 2. et deinceps *Responſa* quaedam breuiora de Ordinatione Ministrorum Ecclesiae, de Corruptione Cleri in *Anglia*, ubi de Rege *Eduardo III.* tanquam mortuo, itaque post an. 1377. fermo est, denique de Mendicantium Ordinibus, unde ad Historiam haec noto: *Nec fuimus nos primi qui inuebimus contra ipsos, sed recenter Beatus Richardus Armacanus Episcopus laborauit ad purgacionem ecclesie de crucibus per sectas fratrum nouiter introductis et laborauit (Guil.) Occam cum multis alijs fratribus fidelibus ad purgacionem suorum fratrum qui a prima regula declinarunt et idem facit Wilhelmus de sancto amore cum multis alijs postquam fratres inceperant ymmo Robertus episcopus Lincon. grosse teste (Grothead) et subtilis ingenij invexit acute contra hos ordines prope mortem suam quando fuit in moribus plus maturus &c.* Haec et plura alia *Wiclefi*, prelo nunquam subjecta, in Bibliothecis, praeci-

pue *Anglicis*, delitescunt, olim nec in *Bobemia* infrequentia. Ad, si lubet, *Indicem.*

CCCXLI.

Codex chartaceus mixtis quibusdam membranis lat. germ. boh. Sec. XV. Folior. 280. 4. currente calamo a diversis exaratus complectitur: I. *Quaestiones* sequentes: 1°. Quot modis moriantur Homines propter peccata. 2°. Utrum Imago Dei sit adoratione patriae adoranda. 3°. Quomodo Deus sit adorandus vel colendus. 4°. Qualia sint opera Hominis in mortali peccato existentis. Breuiter ad singulas et efanis principiis respondetur; improbantur tamen Imagines Dei Patris, et S. Trinitatis, ut communiter fieri solent.

II. fol. 3. sequuntur non tamen seruato temporis ordine *Nicolai de Lira* O. M. Expositiones *Epistolarum* in Dominicis, Festisque Domini in Ecclesia legitimarum excerptae e *Postillis* ejus in uniuersa Biblia. Initium ducitur ab *Epistola in Die Pasche. Fratres expurgate vetus fermentum. I cor. 5. Prius enim dixit apostolus quod modicum fermentum totam massam corrumpit. Pro quo notandum quod in fermento duo sunt &c.* Non improbanda industria Ejus, qui e vasto *Postillarum* Corpore haec in usum sacrorum Curionum excerptis, qui in tenui re a Corpore illo coëmendo prohibebantur; miranda potius Possessoris inferius nominandi

minandi industria, qui in *Lirano* doctrinam de *Utraque Specie* reperit; ita enim fol. 64. p. 2. *Epistolam* in Feste *Corporis Christi* legi solitam insignivit: *Super Epistolam Pauli pro Communione sub utraque specie Lira.*

III. fol. 93. Excerpta de *Virtutibus Cardinalibus, Donis S. Spiritus, Ocho Beatitudinibus* &c. Initium: *Sequitur de virtutibus cardinalibus. de quibus sap. 8. Sobrietatem namque et prudentiam docet et iusticiam* &c. Unde Excerpta isthaec proficiscantur, palam facit notula fol. 156. p. 2. *Hic secuntur aliqua que prius sunt obmissa tam de beatitudinibus quam de donis sumpta de maiori summa virtutum.* Atqui haec *Summa* est

Sex prohibet peccant abel enoch et archa fit intrant.

VI. fol. 197. *Rara vocabula biblie et primo super prologos.* Puta *Hieronymi.* Unde hae Expositiones acceptae sint, docet clausula inter V. et N. T. interjecta: *Expliciunt rara vocabula biblie excerpta de mammotreſto super singulos libros ipsius scilicet biblie.* Notum est *Vocabularium* illud *Job. Marchesini* O. M. Sec. XV. multoties prelo subjectum. Ubi ὀδου παγεγγοῦ noto, characterem *Codicis* nostri subfragari potius *Waddingo* adferenti *Marchesinum* circa an. 1300. floruisse, quam *Sixto Sen.* qui illum medio Sec. XV. inferit. Annus ille absoluti *Mammotreſti* 1456. quem *Fabricius Bibl. med. Lat. L. XII.* p. 11. et 22. adfert, Li-

Guil. Peraldi O. P. saepius typis edita et a nobis pluries relata.

IV. fol. 169. Epitome chronologico historica Sacra et Profana ab *Adam* usque ad *Christum* interpositis etiam Schematibus genealogicis. Ejus initium: *Adam in agro damasceno formatus et translatus est in paradysum* &c. Finis vero in morte Apostolorum *Petri* et *Pauli.* Non est *Eusebii, Cassiodori, Isidori Bedae, Adonis.*

V. fol. 186. in membrana, et fortasse Sec. XIV. *Alexandri de Villa Dei* Argumenta omnium Capitem Bibliorum versibus inclusa, quorum jam *Cod. IV.* et aliis indicatorum initium est:

brarium magis aliquem, quam Autorem respicere videtur.

VII. fol. 216. *Glossarium* vetus *lat. Germ.* alphabeticum ita ordinatum, ut pluries ad Alphabeti Caput redeatur. Primum enim *Substantiva* et *Adjectiva Nomina* percensentur, dein *Aves,* mox *Nautica,* iterum *Pisces,* deinceps *Quadrupedia,* tum *Insecta,* tum *Plantae,* demum *Verba.* Possessor a. 1516. lingua *Bohemica* praemissit hanc esse *Germanitatem* (*Niemczina*) pro *Bobemis.* *Bobemum* etiam *Librarium* fuisse repetitum *ader* pro *oder* (five) indicat. Uber hic messis antiquae Linguae Studiofis, unde e singulis Seriebus aliquid legam. Abortivus *Wrſling.* Abactor

1331

C O D I C E S

1332

tor *Kuedip.* Abintestatus *Ane se-
le gerete.* Aucupium *Vogilwerk.*
Alietus *stutar.* Bubo *Haw.* Sage-
na *Wate.* Remex *Stewir.* Am-
bra *Walrat.* Alota *Quappe ader
alruppe.* Bos *Varre.* Hinnulus
Hindenkalp ader Junchirs. Ver-
vex *Rammil ader per.* Aluear
Benstok ader beunte. Afilus *We-
spe, Horle, Homyl.* Bombix
Seydinspinne. Cynamomus *Cyn-
nehom.* Cornum *Haynbottin.* Ab-
glomerare *Abereyfen.* Abliguri-
re *Lassin ader sturben &c.* Ad cal-
cem: *Finitus est hic liber anno do-
mini M^o CCCC^o II^o. feria III.
ante festum corporis christi. Wenc.
Rossius Pressorovinus multis locis
Codicem nomine suo consignavit.*

CCCXLII.

208 Codex chartaceus lat. Sec.
XV. Folior. 223. f. partim 2.
columnis, partim lineis longis
exaratus sequentia complectitur.
I. Partem scholasticae cujusdam
Commentationis de *Origine Vi-
tiorum*, quae incipit: *Jam ulte-
rius prosequendo originem vitio-
rum ex intellectuali cognitione uel
consideracione videndum est nunc
de ortu auaricie ex radice illa &c.*
Non tamen Avaritia sola Autori
anonymo paginam facit, sed ad
Providentiam Dei, ad Sortilegia
expatiatur. Sana illum sentire,
vel ex hoc loco p. 42. colligas:
*Nonnulli se aliquid de spiritu pro-
pheticie habere presumentes ut ab-
bas Joachim et aliqui moderniores,
de quibus et bodie aliqui sunt, stul-
te et reprehensibiliter nimis soli-*

*citi fuerunt de determinatione se-
culi, ita ut aduentum magni anti-
christi ante finem sex annorum uel
circa complendum fatue expectent
&c.* Manca est haec Tractatio et
in haec verba definit: *Nec omnis
effectus causarum naturalium ut
ignis — — —*

II. fol. 100. incipiunt Opu-
scula quaedam *Nicolai de Cle-
mangis* rectius *Clamengis Campa-
ni*, qui vir Reformationis disci-
plinae Ecclesiasticae studiosissimus
in Navarraeo *Parisis* Collegio
post an. 1434. decessit, et pri-
mo quidem, ut fert inscriptio:
*Liber de filio prodigo per Nico-
laum de Clamengijs Cantorem Ba-
iocensem compositus*, qui incipit:
*Audite o penitentes sermonem de
fratre vestro &c.* extatque post
edit. *Paris. 1521. 4. in T. VIII.
Bibl. PP. Marg. de la Bigne. Pa-
ris. 1576. p. 599. f. et inter Au-
toris Opera omnia, quae Lugdu-
ni Batav. 1613. 4. edidit Job.
Martini Lydius, p. 109.* Ad
hanc porro editionem et subse-
quentia exigentur.

III. fol. 109. p. 2. Incipiunt
*Epistole per nicolaum de Clamen-
gij sub nomine uniuersitatis Stu-
dij parisiensis compositae, quae pri-
ma illius fuerunt opuscula. Prima
ad karolum sextum Regem ffran-
corum de tribus vijs pro scisma-
tis (inter Clementem VII. Bene-
dictum XIII. et Gregorium XII.)
sedacione per dictam uniuersitatem
memorato regi presentatis. Ini-
tium: Christianissimo ac religionis
orthodoxe zelantissimo principi &c.
deuota suae celsitudinis filia uniuers-
fitas*